

struēdas tradit, nō quomodocūq; hoc est, exca-
 ritatis voto, sed ex iusticia & mera obligatione
 ita q̄ postq; Ordinū Superiores eiusmodi Of-
 ficiū acceptarūt, & suis humeris imposuerūt
 [vt supra vīdū est] ad ea ōnia tenentur Indis
 ad quē Parochus suis parochianis. Et certe cū
 simo modo Curati & Parochi in populis nobis
 signatis & assignandis à Regia Maiestate, ma-
 iorē sollicitudinē debem⁹ apponere in officio
 quod exercem⁹, & ea ōnia memoria tenere, &
 opere prestare, quē ad Parochi Officiū spectāt
 pertinet, & cōsequūtur. Cuiusmodi sūt, residere
 cōtinuo [quātū fieri potest] in populis nobis
 commissis, predicare diebus saltim Domi-
 nicis, & festis sollēnibus, docendo quē scire
 omnibus necessarium est ad salutem: annun-
 ciando populis cum breuitate & facilitate
 sermonis, vitia, quē eos declinare & virtutes
 quas sectari oporteat, vt penam eternam eua-
 dere, & celestem gloriam parochiani conse-
 qui valeant. Deinde Parochi officium est
 diebus festiuis Missas celebrare, & exponere
 ea quē in Missa leguntur, explicare decreta
 Matrimonij, pueros fidei rudimenta &
 obedientiam erga Deum, & parentes do-
 cere: vim, & vsum Sacramentorum explicare,
 Sacra